sequi aut non possit. Ita non erunt iidem necessitudinum gra
dus qui et temporum. Suntque officia que aliis magis quam aliis
debeantur. Ut vicinum cicius adiuveris in fructibus percipiendis
quam fratrem aut familiarem. At si lis in iudicio sit, propinquum
cicius et amicum quam vicinum defenderis. Hec igitur et talia cir
cumspicienda sunt in omni officio. et consuetudo exercitatioque ca
pienda. ut boni raciocinatores officiorum esse possimus. et adden
do deducendoque videre que reliqui summa fiat. Ex quo quantum
cuique debeatur intelligas. Sed ut nec medici, nec impera
tores, nec oratores quamvis artis precepta perceperint quic
quam laude dignum sine usu et exercitatione consequi possunt.
Sic officii conservandi precepta traduntur, illa quidem ut fa
cimus ipsi. Sed rei magnitudo usum quoque exercitationemque
desiderat. Ab hys atque rebus que sunt in iure societatis hu
mane quemadmodum ducatur honestum ex quo aptum est of
ficium satis fere diximus. Intelligendum est autem cum pro
posita sint genera quatuor ex quibus honestas officiumque
maneret splendidissimum videri quod animo magno elato que hu
manasque res despiciente factum sit. Itaque in probris maxime in
promptu est siquid tale dici potest. Vos et enim iuvenes animos
geritis muliebres. Illa virgo viri. Et siquid eiusmodi | al. gerit animum virilem
Salmacida spolia sine sudore et sanguine. Contraque in
laboribus que magno animo et fortiter excellenterque gesta sunt
ea nescio quomodo quasi pleniore animo laudamus. Hinc Rhethorum
campus de matathonie salamine plateis. Termophilis. leutris.
Stertocle. hinc decij hinc gnei et publij scipionis. hinc marcus
marcellus, Innumerabiles alij maximeque ipse populus romanus
animi magnitudine excellit. Declaratum autem studium bellice glorie | Fortitudo